

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1866**

De SS. Marcello, Casto, Æmilio Et Saturnino MM. Forte Capuæ In  
Campania Felici. Ex Martyrologiis. Sanctorum Martyrum in Martyrologiis  
annuntiatio: variæ variorum de iisdem conjecturæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

**A**tio. Ut autem in superioribus paucis suppleam, addunt etiam, illum a primis piratis potionem herbae potentem assumpsisse, et ita magis præcantationibus tactam, ut semel ex ea bibentes, adeo lethe oblivione hebetentur, ut nec genus ultra, nec domum meminisse possint; deinceps sibi miseratione sanctam Fidem apparuisse, et a stupore illius oblitus excitasse, atque in mentem revocasse, et tamen post illa memoriam habuisse tardiorum, disponeat Deo scilicet, ut antiquæ correptionis vestigis adhuc testificantibus, perpendant alii, quantis de malis eum Dominus absolvitur.

## DE SS. MARCELLO, CASTO, AEMILIO ET SATURNINO MM. FORTE CAPUÆ IN CAMPANIA FELICI.

**B** EX MARTYROLOGII.

AUCTORE  
J. G.  
Cur hic que-  
dam S. Fidis  
miracula ex  
Labbeo non  
recusu.

**21** Hactenus jam sape laudatus, Andegavensis scholasticus. Ceterum, cum ea, quæ apud Labbeum sequuntur octo miraculorum capita, partim ex apographo nostro codicis Ms. reginæ Sueciae jam ante edita fuerint, partimque, meo quidem judicio, Bernardum, Andegavensem scholasticum, uti ex variis loquendi modis illic adhibitis, colliga, auctorem nequaquam habeant, ea in hac Appendice, non initis pluribus, prætermitti posse sensui. Vident ea, si quis horum etiam avidus est lector, citato jam sape tomo II Novæ Bibliothecæ Ms. a pag. 513, consulatque a me dicta, quibus Commentario finem imposui.

E

J. B.

S. SEC. INCERTO.  
Sanctorum  
Martyrum  
varia apud  
veteres

**D**e sanctis Martyribus agimus, quorum quidem apud martyrologos, veteres juxta ac recentiores, hoc die frequenter occurserunt nomina; sed actos, palæstra, ceteraque vita martyris adiuncta vel dubia omnino sunt, vel penitus in occulto latentes; conservatam utcumque illorum ad nostram videntem usque memoriam Hieronymianis codicibus, unde ad alios martyrologos derivati videntur, potissimum debemus. Quid hi de Martyribus nostris memorent, primum audiamus: sic habet codex Epternacensis antiquissimus: In Apulia natalis Castri et Emeli, Marcelli, Saturnini. At codex Lucensis Florentini geminam homonymorum Martyrum annuntiationem exhibet; alteram quidem Capuæ, qua Campania Felicis civitas est; alteram in Apulia, omisso tamen hic Marcello, additioque Ammono. Verba illius sunt: In Capua natalis sanctorum Marcelli, Casti, Emili, Saturnini. Et paulo infra: In Apulia Casti, Emili, Saturnini. Ammoni presbyteri. Lucensi Corbeiensis apud Achérium tom. IV Spicilegii pag. 676 editions antiquioris consonat; addit tamen Marcello et Sociis Donatellum. Contra Epternacensi partim consonat Corbeiensis brevior; apud nos tom. VII Junii excusus, qui unam hanc annuntiationem: Capua natalis sanctorum Marcelli, Casti, Emili. Addo, et Richenoviensem, cuius verba sunt: Et in Apulia, Casti, Marcelli, Emili, Saturnini. Hie quidem ad diem sequentem Marcellum Capuæ annuntiat, sed alterum ab eo, quem hodie una cum Castro, Emilio et Saturnino memorat, ut infra videbitur. Spectatis itaque citatorum codicium verbis, dubium est, tum duplex, an una tantum homonymorum Martyrum classis sit admittenda; tum, si una tantummodo admittatur, Capuæne in Campania, an in Apulia, alibi fortassis martyri palmarum

**C** promeruerint. At priusquam de his disseramus, reliquos martyrologos consulamus, lucis forsitan aliquid allaturus.

**2** Ex veteribus martyrologis Bedam, Usuardum, Adonem, Notkerum et Rabanum in suis ad hunc diem Annotatis Baronius citat: Beda autem purus, tom. II Martii præfatus, vacat hoc die: at inter Bedam auctariâ Martyrum nostrorum meminere Barberinianum et Divinense in hunc modum: Apud Capuam sanctorum Marcelli, Casti, Aemili, Saturnini, Verbis pene iisdem, nullo quodam rem discrimine, Ado, Usuardus, et Notkerus utuntur. Rabani annuntiatio, ut apparet, multa sic habet: Et in Apulia Casti et Emili. Itaque hos inter martyrologos convenit, si Rabanum excipias, de numero et nominibus Martyrum, de Capua civitate Campania, martyrii vel cultus loco, de uno denique, quantum quidem appareat, martyrum classe. Unde conicere licet, Donatellum, quem vides Corbeiensis Achérii ceteris adjicit, ad memoratos Martires verosimiliter non pertinere. Similiter Ammoni, quem ceteris vides Lucensis addit, alio verosimiliter spectat: nec enim infrequens in his codicibus est, ut Sancti, licet locis passi diversis, uni tam loco videantur adscribi. Romæ præterea codex Epternacensis Ammonum videtur ascribere, verbis supra citatis mox ista subjiciens: Romæ Januarii, Ammoni presbyteri. Haec martyrologi veteres: quid recentiores? Plerique Romano Martyrologio consonant, quod ita habet: Capua natalis Sanctorum martyrum Marcelli, Casti, Aemili, Saturnini, Rogati, Antonii et Aviti. Ita ille ex libro quedam scripto, ut in Annotatis ad diem 6 Octobris habet.

**3** Quis, qualisve fuerit liber scriptus, unde ista

## AUCTORE

J. B.  
memoria;  
quorum nu-  
merum plus,  
quam par est,  
Galesinius  
auxit:

*ista in Martyrologium suum Galesinius intulit, non prodit: verum si illius dicta cum Martyrologiis jam laudatis conferantur, depravato illum codice, in quo ad hunc diem variorum martyrum nomina confuse in globum congesta fuerint, usum fuisse, verosimilimum fit. Sane avitum nullus e martyrologis, supra laudatis, cum Marcello ac illius Sociis conjunxit: Antonius Galesinius, idem videtur, qui Ammonus, de quo num. superiore: Rogatus vero ad martyrum Africarum classem remittendus, de quo hoc die etiam agetur. Eiusdem notis codex, in quo forte Cassius pro Casto legebantur, Ferrariorum movit, ut in Topographia in Martyrologium Romanum ad vocem Capua, enumeratis Marcello, Casto, Æmilio et Saturnino, diceret: Cassius in Rom. omisus: sed nihil magis audiendus, quam Galesinius. Hic praterea ex eodem, ut apparet, Ms. codice S. Marcellum presbyterum dixit, qua de re citati supra martyrologi universi silent. Idem ante Galesinius Petrus Equilinus fecit in Additamento ad lib. xi, num. 273 his verbis: Marcellus presbyter, Castus, Emilius; et Saturninus martyres eodem die (pridie Nonas Octobris) apud Capuam passi sunt. Petrus eo libro eorum Sanctorum Catalogum ex Martyrologiis Hieronymi, Usuardi et Adonis texit, de quibus pauca tantum inventi, ut ipsemet ait Catalogi principio. Cum itaque Marcellum presbyterum fuisse, nec Ado, nec Usuardus dicat, verosimile fit, Petrum ex Hieronymiano quodam codice id transcripsisse; qui codex, cuius etatis meritique fuerit, ignoro, ac proin, sive rurine Marcellus presbyter, nec ne, in dubio sum.*

*4 Exclusis a Martyrum nostrorum numero Donatello, Rogato, Antonio seu Ammono, Cassio et Avito, reliquum est, ut ea nunc attingam, quorum sub finem num. 4 mentionem feci. Porro in variis hic sententias, ut fieri in rebus incertis solet, eruditos abiisse conperio. Michael Monachus parte 1 Sanctuarii Capuan pag. 74 vult, S. Marcellum presbyterum fuisse, et una cum Casto, Æmilio et Saturnino Capuae martyrium subiisse, et quidem sub Antonino imperatore secundum Galesinum, quem citat; apud quem, tamen hoc nec in Martyrologio ad hunc diem, nec in Annotatio invenio, Marcelli et Sociorum martyrium Capuae contingisse, ex Romano Martyrologio sibi sumit: presbyterum fuisse (cum nihil de illo in Tabulis ecclesiarum Capuan, ut fatetur ipse Michael, legatur) ex Petro Equilino et Galesinio probare contendit. Verum Marcellum et Socios non ita Capuae Martyrologium Romanum, ut infra videbitur, annuntiat, quin alibi pati potuerint: Petrus vero Equilinus et Galesinus non ii sunt, ut rem ab eorum etate adeo remotam atque incertam, aut ipsi, aut monumenta ab illis citata, sua auctoritate decidant. Neque vero id Michael Monachum latuit: quapropter alio se vertit, et ex antiquissima pictura quadam ecclesiæ S. Prisci propositum suum confere voluit. Quid vero is porro afferat, audiamus.*

*Michael Mo-  
nachus,*

*3 Passibus circiter bis mille quingentis Capua distat vicus quidam, Maceratæ vicinus, S. Prisci, a primo Capuanorum episcopo, ibidem, ut creditur, passo ac sepulso, dictus, in quo S. Prisco ecclesiam condidit anno 506 S. Matrona, si vera est Epigraphe in templo posita. De hac ecclesia ita Michael Monachus pag. 432: In ecclesia S. Prisci Capuanæ diecessis extat pars antiquæ basilicæ, quam S. Matrona in honorem S. Prisci construxerat: est opus rotundum, te-*

*studinatum, TRIBUNA VETUS appellatur. Habet illa D tribuna hemicyclum in fronte (scu dicamus absidem) in quo sexdecim ex opere tessellato sunt Sanctorum imagines. In medio hemicyclo a dextris aspicitur S. Petrus, et a sinistris S. Priscus. Post S. Petrum, S. Laurentius, S. Paulus, S. Cyprianus, S. Susius, S. Timoteus et S. Agne: Post S. Priscum S. Lupulus, S. Sinotus, S. Rufus, S. Marcellus, S. Augustinus et S. Felicitas. Spatium subtus brachia sanctorum Petri et Prisci duas habet imagines, breviores tamen, cum inscriptione SANCTUS QUARTUS ET QUINTUS. Ex his, qui a sinistris sunt, pallio induiti coronam manibus gestant Priscus, Sinotus, Rufus, Augustinus, uti et Felicitas; quemadmodum et a dextris Petrus, Paulus, Cyprianus, Timoteus, Agne. Cum vero Priscus Capuanus fuerit episcopus, similique habitu, ac ille, induiti sint Sinotus, Rufus et Augustinus, hos quoque Capuanos episcopos fuisse, affirmat Michael: Lupulum vero, qui post Priscum et Sinotum conspicitur, uti et Marcellum, qui post Rufum et Augustinum locum habet (tertii enim et terci depicti sunt) presbyteros; Quartum et Quintum, contractiori forma expressos, vult fuisse acolythos; Felicitatem denique Augustini, Capuani episcopi, matrem.*

*6 S. Priscus, ut unus e Christi discipulis, ut ejus explicatur Capuanus episcopus et martyr memoratur in catalogo Martyrologio Romano die 1 Septembris; nec id de illo negatur in Actis nostris ad eundem diem, quo de illo actum est. S. Sinotus, quem pariter Capuanum episcopum Michael facit, aliunde, quam ex hac pictura illi notus fuisse non videtur: meminit tamen illius Epternacense Martyrologium ad diem 7 Septembris inquires: 7 Idus Capua natalis Sinoti. Fieri facile potuit, ut primis Ecclesiæ sæculis hujus nominis episcopus Capuanus fuerit, ejus nomen, ut et aliarum antiquissimarum ecclesiævetustioribus episcopis frequenter accidit, temporum diuturnitate et perturbationibus fuerit apud Capuanos obliuione deletum. Pro S. Augustino et matre ejus S. Felicitate pag. 435 citat Martyrologium Ms. monasterii S. Petri apud Beneventum (quo eorum corpora ab Archio principe translata, opinatur) quod ita habet: 7 Kal. (Decembri) natale S. Augustini, Capuani episcopi, et Felicitatis, matris ejus; Martyrologium item S. Sophiaz ejusdem civitatis, et quo hæc verba transcripti: Natale S. Augustini, Capuani episcopi, et S. Felicitatis, matris ejus, quorum corpora hic habentur. Citat præterea et alia quædam Martyrologia, quibus addo Epternacense S. Hieronymi Martyrologium vetustissimum, quod ad diem 16 Novembris a Capuanis martyribus illius diei Fastos modo exorditur: In Capua Augustini et Felicitatis. De S. Rufo Sylogen habes historico-critican tom. VI Augusti a pag. 9, auctore Stillingo, ubi plura Martyrologia, quæ S. Rufum martyrem Campania Capuæ adscribunt, videare licet, et S. Rufi episcopatus admittitur, saltem ut probabilis.*

*7 S. Lupuli Idibus Octobris meminimus Kalendaria ecclesiæ Capuæ tertium et quartum apud Michael Monachum pag. 420 et 433. Codex item Hieronymianus a Florentinio ad supradictum diem citatus Capua S. Lupulum, licet corrupto nonnihil nomine, annuntiant, e quibus Lucensis ita habet: In Capua Lupibili: unde verosimile fit, quidquid sit de ejus presbyteratu, a Michael Monacho asserto, S. Lupulum etiam Capuæ passum fuisse. De SS. Quarto et Quinto*

*Mar.*

A *Martyrologium Romanum ad diem 10 Maii ita loquitur*: Item Romae via Latina ad Centum aulas natalis sanctorum Martyrum, quorum corpora Capuam translata sunt. *Hos quidem Roma passos fuisse, fatetur Michael Monachus; sed Capua a praefecto provinciarum, quod fieri de nobilioribus Christianis, quos praefecti provinciarum comprehenderant, solebat, Romanam missos, indeque postea in patriam revertoit ait.* At vero Quartus et Quintus, inquit pag. 35, Romano adscripti Martyrologio, fuerunt clerici Capuani, martyres, passi Romae in via Latina. Neque id gratis asservimus: in capella, qua nunc dicitur S. FRANCISCI, erat antiquum altare, quod appellabatur SANCTORUM FRANCISCI, QUARTI ET QUINTI: voluit cappellae patronus, permittente archiepiscopo Cæsare Costa, illam marmoribus, marmoreisque sanctorum Francisci, Quarti et Quinti statuis exornare: idcirco antiquum altare dirutum est: inventus sub eo loculus, duo condens corpora, cum inscriptione, qua propter antiquitatis situm tota non legebatur: quod autem legi potuit, ita se habet: *CORPORA SANCTORUM CLERICORUM CAP. HIC SITA SUNT. Verum, inquit*

B *Henschenius in hanc rem tom. II Maii pag. 356, ex tribus istis litteris cap. xgre, SS. Quartum et Quintum Capua oriundos fuisse, extundas. Quid enim si CAPITE PLEXOS illæ significant? Neque tamen id omnino negat Henschenius: sic enim pergit: Demus autem CAPUANOS indicate: an ideo consequetur, illos Capua ad martyrium Romam missos fuisse? Non existimo.*

*non omnino improbabili-  
ter contendit:* 8 *Ex egregio illo veneranda antiquitatis monumen-  
to, ut id Henschenius vocat, et illi adstipula-  
lantibus Martyrologiis, quæ duobus superioribus  
numeris adduzi, verosimile fit, SS. Priscum,  
Augustinum, Felicitatem, Rufum, Lupulum, imo  
forte Quartum et Quintum (ne enim scio, an  
inter litteras cap. et vocem hic in inscriptione, de  
qua num. superiore, relictum sat spatiis sit, ut  
inter illas vox plexorum altave similis collocari  
potuerit, verosimile, inquam, ex his fit, omnes  
illos Sanctos, vel Capuas natos, vel ibidem marty-  
rium subiisse. Porro cum inter illos S. Marcellus,  
habitu clericali induitus, conspicatur, ac  
præterea Capuæ in optimæ notæ Martyrologiis  
aliquot, num. 1 et 2 adductis, Marcellus noster  
passus diei videatur, omnem ego Michaelis Mon-  
achi sententiae seu conjecturae probabilitatem de-  
trahere nolim. At, inquires, si S. Marcellus Capuæ  
martyrium passus est, qui factum est, ut nulla  
ejus mentio in antiquis ecclesiæ Capuanaæ tabulis  
habeatur, ejusque nomen Capuæ penitus fuerit  
ignoratum, ut Michael Monachus scribit? Re-  
pondeo, Capue ad diem 7 Octobris S. Marcellum  
militem cultum obtinuisse, ex quo verosimiliter  
factum est, ut utrumque in unum confiderint  
Capuani, et Marcellus miles alterius Marcelli,  
ut idem Monachus pag. 74 opinatur, nomen ac  
memoriam obcurarit. Adhuc Antonius Carac-  
ciolus de ecclesiæ Neapolitanæ Monumentis cap.  
2, sect. 4 una cum Baronio in Annotatis in  
Martyrologium Romanum ad diem 3 Septem-  
bris nobilissimæ Capuanae ecclesiæ monumenta ob-  
multiplicium bellorum turbines perdita fuisse,  
multum conqueritur, et multas eodem cap., sect. 4  
Mss., codicum clades sub Diocletiano, barbaris,  
Juliano, Geiserico, aliisque illatas resert, quibus  
fortasse SS. Marcelli et Sociorum pro fide certa-  
mina involuta fuere.*

9 *Verum quid de Marcello, Casto, Emilio et  
Saturnino in Apulia annuntiatis? Distinctio-  
ne Octobris Tomus III.*

sunt a sanctis Martyribus homonymis Capuanis? Quamquam in re dubia nihil certi polliceri au- sim, eo tamen magis propendo, ut eosdem Mart- tyres credam, tum qui in Apulia, tum qui Capuæ annuntiantur. Qui enim Hieronymianis codicibus sanctos Martyres inseruerunt, et in Apulia tantum annuntiantur, vel per errorem signare Apuliam, vel Apulæ nomine Campaniam, ab illa non admodum remotam, annumerare potue- runt, maxime, si verum est, quod cap. 26, sect. 2 Antonius Caracciolum supra laudatus tradit, Apulæ nomine partem Samnii et Campaniam totam opud quosdam scriptores comprehensas fuisse. Sane equidem secundum Caracciolum sub Apulæ nomine Campaniam etiam intellexisse videtur Victor Vitenensis, cum de Geiserici, quem Capuam igne ferroque absumpisse, tradit Capa- cius in Antiquitatibus et Historiis Campanie Fel- lieis cap. 27, in Christianos sevitie scripsit lib. 1 de Persecutione Vandalica sub finem: Quæ vero in Hispania, in Italia, Dalmatia, Calabria, Apu- lia, Sicilia, Sardinia, Bruciis, Lucania, Epiro vel Hellada gesserit (Geisericus, Vandalorum rex) melius ibi ipsi, qui passi sunt miserabiliter, lugenda narrabunt. Verum id ego cum Carac- ciolo asserere nolim: Victoris enim Vitenensis edi- tiones quatuor consului, in tisque non modo Apuliam, sed et Campaniam nominatim expres- sam inveni. Malum itaque opinari, sanctos Mart- tyres per errorem Apulæ in quibusdam Hieronymianis codicibus fuisse adscriptos, maxime, quod Ado et Usuardus, inter antiquos martyrologos accuratissimi, licet Hieronymianis codicibus non destituti, soli tamen Capuæ sanctos Martires ad- scripserunt.

10 *Hinc porro facile accidere potuit, ut aliqui admittenda ex his, qui codices Hieronymianos descriperunt, videtur.* cum in his illorum exemplaribus Martyres Capuæ, in aliis vero Apulæ adscriptos viderent, dupli- cem Martyrum classem signarint, alteram in Apulia, alteram Capuæ. Una ac eadem utroque Martyrum classis signari Florentinum etiam visa est in Annotatis ad diem 7 Octobris Tomus III; sic ta- men, ut in Apulia quidem passos Marcellum et Socios, sed deinde Capuam fuisse translatos suspi- cetur: suspicionem suam proponit et uteumque probare nittitur his verbis: *Suspicionem tamen nostram objicimus ex M. vetustissimo (Epten- nensi, seu, ut ille vocat, Antverpiensi) nempe eodem facile esse sanctos Martires, qui Capuæ in libris nostris recoluntur, cum his, qui Apulæ. Daunia enim Apulia non longissime in regno Neapolitano distat a Capua, facileque Capuam insignem urbem potuerint transferri sancti Martires in Apulia coronati; iisdem quippe nominibus in Martyrolog. sancti Cælestes Apulæ tribuantur, quam in libris nostris, et Corbeiensi Capuæ. Quin imo Castum, Emilianum et Saturninum iisdem etiam nominibus signatos exhibent in Apulia, quibus et Capua consi- gnat, præter Ammonium presbyterum, Romæ, non in Apulia veneratum, ut addit M. vetustissi- sum; cui propter majorem in locis distin- guendis diligentiam magis etiam in hoc inniti- libuit. Nomina Martyrum utroque eadem iis perinde facient, qui Martyres Capuæ passos vo- lunt, ac Florentinio: licet autem majoris passim codici Eptenacensi in designandis locis accu- rationis palma concedatur, non propterea fit consequens, nihil hic in illum mendi irrepsisse: neque igitur, quæ hic Florentinus tradit, conje- cturæ vim excedunt.*

AUCTORE  
J. B.  
et unica tan-  
tum eorum  
classis

AUTOR  
J. B.  
Aliorum de  
iisdem

*At longe alia est Baronio de sanctis Martyribus conjectura, quæ tamen, nisi forte Hieronymiani puri sint, sua pariter probilitate non caret. Suspicatur is in Annotatis ad Mrl. Romanum hoc die, passos illos in Africa fuisse, Caput vero celebrari ob translatas eo olim eorum reliquias. Primum enim Marcellus, Castus, Æmilius, Saturninus martyrum sunt Africanorum nomina. Passi in Africa sunt circa annum 250 Castus et Æmilius, ad diem 22 Maii, tum in Martyrologio Romano, tum in Actis nostris memorati. Item Marcellus, de quo Martyrologium Romanum ad diem 19 Februarii. Saturninos denique non paucos in Africa passos fuisse vel solus abunde ostendit Martyrologii Romani Index. Horum vero reliquias in Campaniam ex Africa fuisse deportatas, probabiliter conjici potest ex iis, quæ Victor Vitenensis narrat lib. 1 de Persecutione Vandala; scilicet Geisericum, Vandolorum regem, expugnata Carthagine jussisse, ut episcopi et nobiles laici, vel exsules, vel Vandolorum servi essent; Quodvultdeum Carthaginensem episopum cum maxima clericorum turba fractis navibus imponi jussisse, qui feliciter Neapolim Campanias appulerunt; senatorum multitudinem in partes transmarinas projecisse. Sub Hunerico quoque Geiserici successore Africæ complures episcopos in Corsican relegatos fuisse, idem Victor scribit lib. iv. Trasamus denique multos eorum in Sardiniam exsules misit, ad quos exstat apud Ennodium lib. II Symmachi Papæ Epistola consolatoria.*

*B conjecturæ.*

*12 Jam vero, quemadmodum sacerdibus his Vandolorum in Catholicos Afros persecutionibus, ex Africa in Sardiniam ab exsilibus Afros translatum creditur B. Augustini corpus; ita posset: ibi enim de SS. Vitale, Januario, Justo, aliisque, Capua annuntiatæ, agens, ex Actis S. Sebastiani (quæ consule tom. II Januarii pag. 275 et seq.) refert, Christianorum quam plures, sacerdote Roma Diocletiani persecutione, duce Chromatio, et ex Coji Papa consilio ex Urbe in Campaniam secessisse; horum multis Capuanam divertere potuisse, et aliquos ibidem martyrio forte coronatos; quod similiter de SS. Marcello, Casto, Æmilio et Saturnino suspicari quis posset. Sed divinationum jam satis est.*

*Baronius conficit, eadem temestate, fuisse ex exsulum confessorum, huc atque illuc dispersorum, numero, qui abductas secum sanctorum Martyrum reliquias in Capaniam detulerint, Capuanisque concesserint. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italix ad diem 6 Octobris, Baronium ita interpretatur, quasi is dixerit, Marcellum et Socios ex ipsorum Africanorum confessorum, qui persecutione Africa pulsi in Campaniam venerunt, numero fuisse: addit etiam, secundum Baronium de illis agi in Tabulis ecclesiæ Capuanæ, quod falsi arguit: sed Baronium neutrum dixisse, illius in hunc diem Annotata insipienti, manifestum est. Ceterum quod de S. Augustini corpore creditur, asserere videtur Beda ad diem 28 Augusti ita scribes: In Africa S. Augustini episcopi: qui primo de sua civitate propter barbaros Sardinianos translatus, nuper a Luitprando, rege Longobardorum, Ticinis relatus et honori-fice conditus est. At simile testimonium pro translatis ex Africa SS. Marcelli et Sociorum Capuanæ reliquias non habemus. Alteram Florentinius conjecturam suggestit ad diem 16 Novembris, quæ forte Marcello et Sociis applicari posset: ibi enim de SS. Vitale, Januario, Justo, aliisque, Capua annuntiatæ, agens, ex Actis S. Sebastiani (quæ consule tom. II Januarii pag. 275 et seq.) refert, Christianorum quam plures, sacerdote Roma Diocletiani persecutione, duce Chromatio, et ex Coji Papa consilio ex Urbe in Campaniam secessisse; horum multis Capuanam divertere potuisse, et aliquos ibidem martyrio forte coronatos; quod similiter de SS. Marcello, Casto, Æmilio et Saturnino suspicari quis posset. Sed divinationum jam satis est.*

## DE SS. ROGATO, SATURNINO, FAUSTINO ET MARTIALE MM.

### IN AFRICA.

C

F

### ITEM DE SS. JANUARIO ET AMMONO MM.

### FORTE ROMÆ.

J. B.

### EX MARTYROLOGIIS.

SEC. INCERTO.

**Q**uos primo loco nominavi Martires, Lucensis et Corbeiensis apud Florentinum Hieronymiani codices Africæ adscribunt: præterit vero Epternacensis. Lucensis sic habet: In Africa Rogati, Faustini, Saturnini, Januarii, et Marcialis. Sic Corbeiensis: In Africa Rogati, Saturnini, Januarii, Faustini, Martialis. Huc accedunt inter Auctaria Bedas codices Vaticanus et S. Cyriaci tom. II Martti, qui sic habet: Et in Africa Rogati, Saturnini, Januarii, Faustini \* et

\* Fausti

Marcialis. Solius Rogati (nescio, ejusdem, an diversi) meminere ad hunc pariter diem, sed sine loco, apud Sollerium Usuardina Auctaria Aquincinum, Cluniacense, Altempsianum et Lubeco-Coloniense: Belinus vero et Molanus Rogato episcopi titulum tribuunt: Martyris Altempsianum et Lubeco-Coloniensis Usuardi editio. Sed Aquincinum et Cluniacense nudum Rogati nomen referunt. Quod autem ad illos spectat, quos secundo loco nominavi, ex his Januarii in Martyrologiis Lucensi et Corbeiensi Africæ quidem adscribuntur una cum Rogato aliisque primo loco signatis;